

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Vnum nihil, duos plurimum posse. Emblema XLI.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](#)

Vnum nihil, duos plurimum posse.

EMBLEMA XLI.



LAERTAE genitum, genitum quoque Tydeos vna,
Hac cera expressit Zenalis apta manus.
Viribus hic prestat, hic pollet acumine mentis,
Nec tamen alterius non eget alter ope.
Cum duo coniuncti veniunt, victoria certa est:
Solum mens hominem, dextrave destituit.

COMMENTARII.

PROPONITVR *ἄγαμη*, in quo
sunt expressæ, & mutuò coniunctæ ef-
figies Vlyssi, habitu ducis militaris, in a-
ctu loquentis; & Diomedis, habitu itidem
militari, galea, hasta, & clypeo armati, quo
rum alter prudentia & consilio, alter firmi-
tate virium commendabilis. Cur autem
hic Vlyssi catulus attributus? an ob fagaci-
tatem significandam? an quod post variis
errores in patriam redux a cane cognitus

fuerit? Editio Lugdunensis viro armato
fenem, barba & tunica philosophum, maxi-
mum codicem gestantem, opponit. Nec id,
meo iudicio, male.

EMBLEMATIS huius typum ob-
seruo apud Homerum Iliad. x. quo loco Fons Em-
bla cum Agamemnone & Menelao Ne-
stor confusat de mittendis exploratoribus
in Trojanorum castra. Hanc in se prouin-
ciam recipit Diomedes, animi magni vir, su-
tamen

tamen ei socius aliquis via profectu adiungatur. Eius haec verba; *νέσος, ἐμ' ὅτε γένει καρδίη τούτη μόδες λέγει νέσος,*
ἀνδρῶν δυομετέων δύονται σπαθῶν ἵγεις ιόντα
τρίσιν. ἀλλά εἴτε μήν αὐτῷ ἀμέτηπτον καὶ
ἄλλος,
μᾶλλον θαλπόρην καὶ θαρσαλεότερον ἔσαι,
σύντε δὲ τὸ ιχθυόντων, κατέ φέρετο τοῦτον
νίνοτεν,
ὅππας καρδίας ἐν μενούσος διέπερτε νόσον
ἀλλὰ τοιούτου βραδοτον τενόντος, λεπτή δὲ το-
μῆτις. id est,
Nestor, me mouet cor, generosusq; animus,
Fortissim hystia subire castra, qua propè sunt,
Troianorum: sed si sit aliquis vir, qui me
sequatur,
Maior erit mihi fiducia, & audacius erit
Euntibus una duobus: namq; hic ante il-
lum cogitat
Qualiter utile sit: solus vero quanquam in-
telligat,
Tamen ei tardior animus, & consilium im-
becillius.
*Vide adagium, *Duobus pariter euntibus, v-**
bi postrema pars horum Homeri verbo-
rum sic redduntur.
At mihi si quis alius veniat comes, ille fu-
turus
Solamen fueritq; simul fiducia maior,
Si duo coniuncti veniant. Dein hic prior illo,
Si qd opus factio, videt. Atqui solus & unus
Quamvis perspiciat, tamen est mēs seignior
illi, &
Consilium tenue.
Plutarchi disputatio, qua ciuilem homi-
nem informat, hue facit, cūm ita dicit: ἀν-
δέ τοι τις ἴργανδος, ἐποφθαντος δέ τοι μεγά-
λη τοπεῖσι, ἀντὸν ἐπιτασθη ταξαντα
κράτον τοιτα προσεξειδετον φίλον, ὡς
ὁ Διομήδης,
εἰπεν δὲ ἑταρόν γε κελεύετε ἱματεῖ-
λίδας.
Ἄντος ἐπειτ' Οὐδυσσῆς ἵγει θεοῖο λα-
δούμαν;
Cum res aliqua proponitur, magna quidem
illa atq; illustris, sed ardua & difficilis, la-
borum & operis socium tibi amicum assu-
mito, ut Diomedes: Quod si mibi alterum
adiungi iubetis, inquit, qui tamen possum
obtinisci diui Vlyssis &c. Eundem Home-
ri locum Apuleius de dæmonio Socratis
surpauit, & brevibus verbis explicuit:

Nonne Vlysses, ait ille cum Diomede de-
 liguntur, veluti consilium & auxilium
 mens & manus, animus & gladius? Attigit
 etiam Claudianus, cum sic cecinit in sexto
 Consulatu Honori:

Nunc mibi Tydides attollant carmina-
zatum.

Quod iuncto fidēs Ithaco patescat Dolonis
Indicio, dapibusq; simul, religataq; somno
Ithracia, sponiti penetraverit agmina Rhæsi,
Graiaeq; restulerit captas ad castra ingales.
 Et Ouidius in oratione Vlyssis:
Deniq; de Danais qd te laudare, petitio?
At sua Tydides mecum communicat, acta,
Me probat, & socio semper confidit Vlyssis.
Est aliquid de tot Graicrum millibus unū
A Diomedē legi, nec me fors ire iubebat.

LAERTÆ genitum] Id est, Vlyssis,
Laertæ & Anticleæ filium. Fuit enim Laer
tes pater Vlyssis, vt liquet ex eadem ora-
tione Ouidij:

Nam mihi Laertes pater est, Arcesius illi,
Jupiter huic.

Vlysses rex fuit Ithacæ & Dulichij insula-
rum, vir multisciens, & astutus admodum,
imò Graecorum omnium callidissimus, fa-
cundissimus, & ingeniosissimus, egregius
bello, consilio, & laborum patientissimus;
ideoq; in Troiano bello nulta prudenter
perfecit, cuius nomine tota Odyssea Ho-
meri conscripta, & passim de illo facit mi-
tionem Homerus, vt in 1. Odyss. de eo sic
cauit:

Oppida multa adiit, fuit huic sapientia nota,
Cœsilia, variosq; dolos qui nonit & artes.
 Ut refert Strabo lib. 1. Virgil. in Aeneide
passim etiam plurima de eisdem virtutib-
bus eximijs & sapientia. Horat. lib. 1. e-
pist. 2.

Genitum quoq; Tydeos] Diomedem, Ty-
dei & Deiphiles filium, Tydeus filius Oc-
nei regis Ätolie, pater Diomedis, fuit ma-
gnus bellator, parvus tamén corpore. De
quo dicitur fuit illud peruulgatum:

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.
De quo satis multa Stat. us, præcipue lib.
 3. Theb. Diomedes autem huius filius etiā Diome-
des alijs Græcis ad obsidionem Troi pro
festus est, ubi adeo strenue se gesit, vt post
Achillem & Aiacem facile palmam obti-
nuerit fortissimi: pluimis singulares pu-
gnas aduersus infigues Troianorum prin-
cipes habuit, & inter alia cum Aenea nobis
li Troiano congressus, Venerem Aeneam
prote-

protegentem percussit: quapropter illa indignata multas ei miseras attulit, vxorem eius eriam adulteram fecit. Quia re cognita, Bonus homo dominum redire noluit, ut idem Homerius. De Ulyssle præterea & Dio mede multa eleganter Dict. Cretensis, in sex. illis l.bris, quos de bello Troiano script.

Hac cera] Has in cera effigiandi artes non ignoro antiquissimas esse, sed an ad illud perfectionis fastigium olim peruenient, quo hodie sunt, dubitate me faciunt insignia hac arte elaborata opera, quæ passim me videre memini, quibus fani ad vitam præter spiritum nihil defuisse vel iuueni lapidem iurasse.

Zenalis. [Quis ille fuerit, adhuc clam me esse facio ingenuè: puto equidem nomen esse cuiusdam egregij pictoris, qui etate Alciati non minus celebris fuit, quam Alexandi tempore Apelles, aut Lysippus, alter pictor, alter statuarius: nisi aliquis malit esse nomen quiddam fictitum. Sed hec dum in hac obscuritate cum Minoe vacillans haeret, lucidissimam faciem nobis induxit a Pignorij (vt solet in his talibus) prætulit, sic enim ille: Bernardus Zenalis Taruiensis, acutus pictor & architectus, scrispsit de Pictura, teste Ioanne Paulo Lomatio, qui eiusdem non semel meminist. Bonaventura Castilioneus: Quatuor præterea orbes eodem in marmore conspicuntur, ex quibus testimonio Bernardi Zenalij Architectonices peritissimi, nosfer Alciatas existimat, aquas ab Agonalibus vel aliunde labentes, per cuniculos ex orbibus insilentes, copiam earam indigenti populo subministrasse.

Viribus hic præstat] Diomedes valet corporis viribus.

Hic pollet acumine mentis] Ulysses pollet consilio & perspicacitate.

Nec tamen &c.] Alter alterius ope indiget.

Cum duo coniuncti &c.] Alludit ad illud Homeri Iliad. *καὶ οὐ τε δύο πρόχυτροι.*

Solum mens hominem, &c.] Consilium viribus dispositum parum conductit: contraria vero corporis robur consilij expers, faciliter in præcepsum ruit. Iocrates Paranezi ad Democrit. *πάντα δὲ μέτρα μὲν φρονίστες αφίλοιστες, ἀνέντι δὲ τείχης πλεῖστοις ἔχοντας ἐβλαψέ. καὶ τὰ μὲν σώματα τοιαῦτα κούντων εἰκόνης, τὰς δὲ τῆς φυ-*

χῆς ὅπιστες ιπεκότησεν:

IV.
DOCE T Emblema, nihil egregium, Cœsilium nihilq; magnificentum perfici bellè posse, in & virtu, his potissimum, quæ bellica negotia respi- ciunt, nisi maturo consilio coniungantur corporis, vires, id est, nisi iuueni robustiorum viuacitas, senum & eorum, qui valeat experientia, ductu regatur. Non enim solū viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magna geruntur, sed con filio, ratione, sententia. Proninde Sophocles:

γενεα μινέρων τὰν ἀνδράποιος τρο
φοι.

Εὐλογία τὰ διξιτραξας, διχεπάνθινος.

Hominum quidem rationibus opera sunt ac enuiriuntur: sed eas res consilia effe- runt, non manuum robur. Huc refer pro-

utribum εἰς ἀντί, εδεῖς ἀντί. Vnuis vir, nul-

lus vir, quo intelligitur quantum conferat mutuum auxilium in rebus arduis, & alio-quin difficilibus. Quam ob causam apud Mercuriū gemini simulachrum

sic effigium conspiciebatur, vt alterum se- rni est in vultu vñerandum, alterum flo-

rente iuuenta: vt significaret eum, qui Rei publ. munia obire ritè velit, cù animi pri-

dētia vires habere debere cōiunctas, quod alterum alterius egeat adminicculo Aristoteles 8. Moral. Nicomach. οὐ γε δύο πρό-

χυτροί, εἰ γάρ νοῦσαι, εἰ πράξεις δύναται τά-

τεροι. &c. hoc est: Pariter autem si du-

iter faciant, & maiora mente concipere, &

plura confiere poterunt. Quod perspicue-

declarat Sallustius initio Catilinarij belli: Diu magnum inter mortales certamen fuit,

vnde corporis, an virtute animi, res milita-

ris magis procederer. Nam & primitiā

incipias, consulito, & vbi consulueris, matu-

re factō est opus. ita vtrumq; per se indi-

gens, alterum alterius auxilio eget. Lege

Plutarchi disputationem pulcherrimam,

An seni gerenda Respubl. sit. Sed occurrit

mīhi Herodiū istuc:

πλείων γάρ πλείστων μελίτην, μείζον δ'

έπιθητην. id est,

Plus augere potest multorum industria vires,

idemq; Homericum ex Iliad. μ.

πλείστων διτέρηγον ἀμερον.

Quid vero Euripideum hoc sciēs præter-

eam ex Phoenissis?

εἰς δέ δινης διάνθης ἐρημή. vel il-

lud ex Heraclidi,

μιός γάρ χειρὶς δῶρον μάχην.

In id quadrat elogium de Fauno Aborigi-

nūm

num rege, quod in 1. retulit Dionysius Halicarn. *dyn̄ μετά τοῦ δραστηρίου τύρων . vir & impiger & consulitus .* De Mithridate sic Paterculus: Consilijs dux, miles manu. Idem Pacatus panegyrico Theodosij, dux consilio, miles exemplo. Sed placet admodum quod fuit memoriarē prodīcum de Lælio & Scipione, quorum amicitia non minus quam consilium de rebus magnis celebrabatur. Itaq; qui gloriae Scipionis inuidabant, dicebant cum esse egregiorum facinorum histriōnēm; nēmēp. Læliū illius collegam gestorum: Scipionem præclarā quēdam gerere, sed Lælij consilijs. Tradit Iul. Capitolin. Antoninum Piū nec in bellicis, nec in ciuilibus negotijs aliquid statuisse, prius quam sumpto cum viris graubus cōsilio diceret enim equus esse ut tot & talium virorum consilium sequeretur ipse, quam ut tot præclarī homines ab ymis consilio penderent. Vicem duorum sustinere difficile esse dixit Iurise. in l. si plues. §. nam difficile. ff. de paet. Difficile est, ait, ut vñus duorum vicem su-

stineat. In hanc sententiam pulchre Aristoteles 2. Polit. Tamen Aufonius in Tumulis hoc elogio donat Antilochum: *Conſilijs bellöḡ bonus, qua copula rara eſt :* Quo nomine celebratur Trajanus apud Plinium Panegyrico, civitas Atheniensis à Pericle, idemq; Pericles à Thucydide, De consilio, deg; virtibus ad res maximas vna gerendas conunitis, adduxi nonnulla, sed addo isthac ex declamatione Quintiliani Imperatoris & militis mūnera. 317. Inter præcipuas vites eſt, Imperatorē non pugnare aliquando. Sic extrahitur hostis: sic impetus subitos partis aduersa mora frangit: sic interclusos commeatibus, in deditiōnem venire, fame cogimus. Itaq; herclē legitimus militem robustum, legitimus iuuenem: Imperatorem facimus senem. In illis enim vis corporum, & manus sola spectatur: in his, consilium, & ratio, quæ bona procedentis atatis, in locum virium subeunt. Ipsum præterea nomen Imperatoris satis significat, non exigere, manum ipsius. Imperator enim debet præcipere, Sed de his satis.

Firmissima conuelli non posse. EMBLEMA XLII.

